Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



plasa dispdens quando percussit
terram egypti. Kalendas autem
hanc diem in monimentum & cele
brabitis eam sollempnem domino
in seculis generationibus uestris cultu sempi
terno. Septem diebus azima
comedetis. In die primo non erit
fermentum in domibus uestris.
Quicumq; comederit fermentatum
peribit anima illa de israel. primo die
usq; ad diem septimum. Dies pri
mus erit sancta atq; sollempnis. &
dies septimus eadem sollempnitate
celebrabitis. Nichil operis facietis in eis
exceptis his que ad uescendum
pertinent. & observabitis azima.
eadem enim ipa die eduxi
turmas uestras de terra egypti. & custo
dietis diem istum in generationes
uestras ritu perpetuo. Primo mense
quarto decimo die mensis ad uesperam
comedetis azima usq; ad die
xxi. primam eiusdem mensis. ad
uesperam. Septem diebus non inue
nietur fermentum in domibus
uestris. Quicumq; comederit fermenta
tum peribit anima eius de cetu israel.
tam de aduenis quam de indigenis
terre. Omne fermentatum non co
medetis. in cunctis habitaculis ves
tris. edetis azima. Vocauit autem
moyses omnes seniores filiorum
israel. & dixit ad eos. Ite tollentes a
unusquisq; pecudes uestras. & immolate
phase cuncti. & hysopi fasciculum accipite
intingite que est in lumine. & al
persite exemplum superliminare. & utrum
q; postem. Nullus uestrum egredi
atur ostium domus sue usq; mane
Percutiet enim dominus perquiens
percutiens egyptios. Cumq; uide
rit sanguinem in superliminari. & in u
troq; poste transiens transiet ostium dom
et non sinet perditorem introire
domos uestras. & ledere. Custodi ri
tum istum legitimum tibi & filiis
tuis usq; in etum. Cumq; introieri
tis terram quam daturus est nobis do
minus ut pollicitus est. observabi
tis cerimonias istas. Et cum dixe
rint filii uestri. Que est ista religio.
Dicetis eis. Victima transitus domini
est. quando transiit super domos filio
rum israel in egypto percutiens egy
ptios. & domos nostras liberans. Inclina
tus populus adorauit. Et egressi
filii israel fecerunt sicut preceperat
dominus moysi. & aaron. Factum
est autem in nocte medio. percussit
dominus omne primogenitum in terra
egypti. a primogenito pharaonis qui se
debat in solio eius. usq; ad primoge
nitum captive que erat in carcere
et omne primogenitum iumentorum.
Surrexit q; pharao nocte. & omnes ser
ui eius. cunctaq; egyptus. & ortus
est clamor magnus in egypto. Nec
enim erat domus in qua non iaceret
mortuus. Vocatis q; pharao moyse
& aaron nocte dixit. Surgite egredi
mini de populo meo. & vos & filii israel.
Ite & immolate dominum sicut dixi
stis & armenta & pecudes uestras
tollite ut petistis. & abeuntes benedicite mihi
Urgebant egyptii populum israel de terra
egypti exire velociter. Dicentes
Omnes morientur. Tulit igitur
populus igitur populus conspersam fa
rinam antequam fermentaretur
et ligatis in pallis portant sup hu